



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 11. Ejusdem summi Pontificis literæ ad Ludovicum XV. Franciæ Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII., tium quietem, ad Ecclesiæ bonum,  
A. C. 1715., ad Catholicæ Religionis præsidium,  
 „Christianæque Reipublicæ felici-  
 „tem.,“

## §. XI.

*Eiusdem summi Pontificis literæ ad  
 Ludovicum XV. Franciæ  
 Regem.*

*Epist.  
 Clem. XI.  
 pag. 2087.*

Eodem quoque obsequio Pontifex de-  
 functi Regis memoriam apud Lu-  
 dovicum XV. ejus Successorem pro-  
 quebatur, datisque literis illum ad  
 Proavi sui imitationem hortatus, has  
 ad illum literas die vigesima Septem-  
 bris dabat:

„Acerbissimum Christianæ Reipubli-  
 „cæ inflictum vulnus haud parum sentire  
 „videremur, ubi Majestati tuæ, quis  
 „fuerit dolor noster, ac mæror in obitu  
 „clar. me. Ludovici Francorum Regis  
 „Christianissimi Proavi tui, verbis ex-  
 „plicare conaremur. Nemo quippe non  
 „videt gravissimam hanc jacturam non  
 „ad Regiam tuam domum duntaxat,  
 „istudque florentissimum Regnum, sed  
 „ad universum propemodum terrarum  
 „orbem, cuius ille splendissimum de-  
 „cus erat & ornamentum atque ad Or-  
 „thodoxam in primis religionem, quam  
 „strenuo invictoque animo semper asse-  
 „ruit,

„ruit, maxime pertinere; merito enim Sæc. XVIII.  
„Nobis de ejus morte dolendum est, A.C. 1715.  
„quæ Religiosissimum Principem & Fi-  
„lium longe charissimum Nobis eripuit,  
„quæque cor nostrum ac mentem in  
„maximas & molestissimas sollicitudi-  
„nes conjecit. Verum tamen mærori  
„nostro non leve comparatur solatium  
„in rebus ab eo, dum viveret, pro Ec-  
„clesia, ac religione præclare gestis,  
„quibus ad pie sperandum adducimur  
„pro caduca mortalique vita ipsi æter-  
„nam illam, atque beatam fuisse in  
„cælis repositam, ubi non est amplius  
„neque luctus, neque clamor, sed nec  
„ullus dolor: Eumque præterea con-  
„fidimus non solum in omnium me-  
„moria perpetuo victorum esse, sed in  
„Te potissimum, cujus heroica indo-  
„les cum optima institutione conjuncta  
„firmam Nobis ingerit spem, fore, ut  
„sapientia juxta, ac ætate proficiens,  
„Regem præstantissimum, quem no-  
„mine refers, etiam opere subditis tibi  
„populis ac Nobis restituas, teque  
„non tam Regni successorem, quam  
„avitarum virtutum hæredem lucu-  
„lenter ostendas, cæterum, quod pa-  
„terna nostra charitas postulat, de-  
„functi animæ sempiternam in cælesti  
„patria requiem in privatis nostris fa-  
„cificiis conciliare hactenus non omisi-

E 2

,,mus,

Sæc. XVIII. „mus, indeque ipsum in facello no-  
 A. C. 1715 „stro Pontificio cum Venerabilibus Fra-  
 „tribus S. R. E. Cardinalibus propediem  
 „solemni Ritu de more præstabimus.  
 „Te demum Charissime Fili noster, in-  
 „timo præcipuoque paterni cordis af-  
 „fectu complectentes, omnipotentem  
 „Dominum, cuius nutibus vitæ nostra  
 „momenta decurrunt, humiliter & e-  
 „nixe obsecramus, ut felicem, diutur-  
 „numque annorum cursum & gratia  
 „suæ dona Tibi cumulatissime largiatur  
 „gressusque tuos assidue dirigat in be-  
 „neplacito suo, quatenus gloriose Ma-  
 „jorum tuorum Regum clarissimorum  
 „vestigiis insistens, expectationi, qua-  
 „sane maxima de Te est, abunde re-  
 „spondeas. Et Majestati tuæ Aposto-  
 „licam benedictionem amantissime im-  
 „pertimur. „

Eadem die Pontifex Philippum Au-  
 Epist. Clem. relianensem Ducem Regni Rectorem  
 XI. p. 2090. datis literis hortabatur, ut in promo-  
 Contin. Hist. vendo Constitutionis negotio Ludovici  
 Chron. p. 43. defuncti Regis vestigia premeret: „No-  
 „quidem, perscripsit Pontifex, ægritu-  
 „dinem nostram non parum tempera-  
 „mus, & Pontificiæ Charitatis oculo-  
 „in Te convertimus, quo Regni Re-  
 „ctore constituto ac tenellam novi Re-  
 „gis ætatem, egregia ceteroqui, ac  
 „suæ stirpis dignissima indole, ut ac-  
 „cepimus.

„cepimus, prædicti adjuvante, gravis- Sæc. XVIII.  
„simam, quam fecimus, jacturam tuæ A. C. 1715.  
„virtutis zeli que ope farciendam esse  
„Nobis pollicemur. Cum enim exi-  
„mia, multiplicita, quibus spectata re-  
„fulges, animi decora, ac filialem in-  
„primis tuam erga Nos & Sanctam  
„hanc Sedem observantiam satis com-  
„pertum habeamus, hinc certam in-  
„spem erigimur, fore, ut non alia,  
„quam Religiosissima demortui Regis  
„consilia, ac illustria ab eo relicta Con-  
„stantiæ & pietatis exempla, quæ  
„nulla ætas conticescat, in Regni ad-  
„ministratione servanda Tibi proponas,  
„vix interim exprimere verbis possu-  
„mus, quantam perceperimus volunta-  
„tem, cum sollicitum, & flagrantium  
„publicæ quietis curandæ studium in-  
„speximus, quod tuis in literis abunde  
„profiteris, minime siquidem dubita-  
„mus, quin Te optimam caussam stre-  
„nue propugnante, felicem ad exitum  
„opus perducatur, quod intempestivus  
„Regis obitus imperfectum reliquit,  
„adeoque Catholicæ Doctrinæ asserta  
„puritas servata, Apostolicæ Sedis di-  
„gnitas, ac restituta illi Regno pax,  
„tuo potissimum beneficio debeantur.  
„Quâ ratione, quantum solidæ laudis  
„& gloriæ apud homines, &, quod  
„Caput est quam præcipuum, apud

E 3

„Deum

Sæc. XVIII., Deum meritum adjiciendum tibi sit,  
A. C. 1715., non est, quod Tibi pluribus explice-  
 „mus.“

Ceterum quamprimum P. Telliero  
 Aurelianensem Ducem in Regni Re-  
 gentem assumi suboluit, mox ceteris  
 prior eundem salutatum venit, eique  
 Societatem suam, & Constitutionis ne-  
 gotium impense commendavit, cui ta-  
 men Dux sat frigide respondit, potius  
 de Ecclesiæ & Regni tranquillitate sol-  
 licitus esset.

### §. XII.

#### *Constitutionis fata post Ludovici XIV. Regis obitum.*

*Epist. Clem.* *XI. p. 209.* **C**um interea totus Christianus Orbis  
 Ludovici Magni jacturam ferali-  
 bus prosequeretur exequiis, & probi  
 omnes Catholici ob intercismum Consti-  
 tutionis negotium tam strenuo fidei  
 & Ecclesiæ Heroi lacrimis luctibusque  
 parentarent, Quesnelistæ, aliquique tur-  
 bidi ingenii homines, qui hucusque  
 ne quidem hiscere audebant, velut  
 de reportata caussæ suæ victoria trium-  
 phum canere certabant: converso enim  
 fatorum ordine tanta erat affectuum  
 mutatio, ut totum Franciæ Regnum  
 novam induisse faciem videretur: præ-  
 primis Voisinius Cancellarius olim Jan-  
 seni-